

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo XXIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

quaeramus rogo uos; audit xps a patre; quomodo illi dicit pater, utiq; si dicit illi uerba ad illum facit; Omnis enim qui aliquid alicui dicit, uerbo dicit; Quomodo pater filio dicit, quando filius uerbum patris est; quid quid nobis pater dicit, uerbo suo dicit; uerbum patris filius est; ipsi uerbo quo alio uerbo dicit & unus est ds (unum uerbum habet, in uno uerbo omnia continet); quid est ergo, sicut audio ita iudico. Ergo iudicium meum iustum est, nam si nihil facis exte odne ihu quomodo sentiant carnales nihil facis exte, quomodo paulo ante dixisti. sic & filius quos uult uiuificat. modo dicis, ex me facio nihil, sed quid commendat filius, nisi quia de patre est, qd est de patre. non est de se; si de se filius esset, non esset filius; de patre est, pat aut ut sit, non est de filio. filius ut sit de patre est, aequalis est patri. Sed tamen iste de illo, non ille de isto; quia non quaero uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me; filius unicus dicit. non quaero uoluntatem meam, & homines uolunt facere uoluntatem suam; Ille tantum se humiliat qui aequalis est patri, & tantum se extollit qui in imo iacet. & nisi manus ei porrigatur non surgit; faciamus ergo uoluntatem patris, uoluntatem xpi, uoluntatem sps sci. quia trinitatis huius una uoluntas, una potestas, una maiestas est; Ideo tamen dicit filius. Non ueni facere uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me. quia xps non est de se, sed de patre suo est; quod autem habuit ut homo appareret, de creatura adsumpsit quam ipse formauit.

**EXPLICIT TRACTATUS XXII. INCIPIT XXIII. ABE LOCO UBI AIIT SIEGO TESTIMONIUM PERHIBEO DEME. TESTIMONIUM MEUM NON EST UERUM. USQ. AD ID QUOD AIIT. QUI MALE EGERUNT IN RESURRECTIONE IUDICII.**

**Q**uodam loco in euangelio dñs ait, prudentem audito rem uerbis sui similem esse debere homini, qui uolens aedificare fodit altius donec perueniat ad fundamentum stabilitatis p&rae, & ibi securus constituat quod fabricat aduersus imp&um fluminis, ut cū uenerit repercutatur potius firmitate aedificii, quam impulsu suo ruinā faciat illi domui; putemus scripturam di tamquam agrum esse ubi uolumus aliquid aedificare, non simus pigri, nec superficie contenti; fodiamus altius donec perueniamus ad p&ram, p&ra autem erat xps; hodierna lectio de testimonio dñi nobis loquuta est, quia non habet necessarium ab hominibus testimonium, sed habeat maius quam sunt homines, atq; id testimonium dixit quid sit; Opera inquit quae ego facio, testimonium perhibent de me; deinde adiunxit; & testimonium perhibet de me, qui me misit pater; ipsaq; opera quae facit, a patre se accepisse dicit; Testimonium ergo per

hibent opera. testimonium perhibet pater; nullum ne testimonium per  
 hibuit iohannes. perhibuit plane, sed tamquam lucerna, non ad satiandos ami  
 cos, sed ad confundendos inimicos; Jam enim antea praedictum erat a perso  
 na patris, paravi lucernam xpo meo in inimicos eius induam confusione, sup  
 ipsum autem florebit scificatio mea; Esto tamquam in nocte positus, ad  
 tendisti in lucernam. & miratus es lucernam, & exultasti ad lumen lucernae;  
 sed illa lucerna dicit esse solem. in quo exultare debeas. & quamuis ardeat  
 in nocte, diem te iubet expectare. Non ergo quia illius hominis testimonio  
 non erat opus, nam ut quid mitteretur si non erat opus. sed ne in lucerna  
 remaneat homo, & lumen lucernae sibi sufficere arbitretur. Ideo dñs nec lu  
 cernam illam superfluum dicit fuisse, nec tamen te dicit in lucerna debere  
 remanere; Dicit aliud testimonium scripturae dī, Tbi utaq; dī perhibuit testi  
 monium filio suo. & in illa scriptura iudaei spem posuerant. in lege scilicet  
 dī ministrata sibi per moysen famulum dī; Scrutamini inquit scripturam  
 in qua uos putatis uitam aeternam habere; ipsa testimonium perhibet de me,  
 & non uultis uenire ad me ut uitam habeatis; quid uos putatis habere in scrip  
 tura uitam aeternam. ipsam interrogate cui perhibet testimonium, &  
 intellegite quae sit uita aeterna; & quia propter moysen uolebant repudi  
 are xpm, tamquam aduersarium institutus praecipisq; moysi. Rursus eos  
 dem ipse conuincit tamquam de alia lucerna; Omnes enim homines lucernae;  
 qua & accendi possunt & extingui; & lucernae quidem cum sapiunt lucent,  
 & spu feruent; nam & si ardebant & extinctae sunt; & iam putent; perman  
 serunt enim seruidi lucernae bonae, ex oleo misericordiae illius, non ex ui  
 ribus suis; Gratia quippe dī gratuita illa oleum lucernarum est; plus enim  
 illis omnibus laboraui at quaedam lucerna, & ne uiribus suis ardeere uideretur.  
 adiunxit. Non ergo autem sed gratia dī mecum; Omnis ergo propheta ante  
 dñi aduentum lucerna est. De qua dicit p̄rus apostolus. Habemus certissem  
 propheticum sermonem. cui bene factis intendentes quem admodum lucer  
 nae lucent in obscuro loco donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordib;  
 uestris; Lucernae itaq; prophetae, & omnis propheta una magna lucerna;  
 quid apostoli, non lucernae; & iam ipsi planae lucernae; solus enim ille lux;  
 na, non enim accenditur & extinguitur. quia sicut habet pater uitam in  
 semet ipso, sic dedit filio uitam habere in semet ipso; Lucernae ergo & aposto  
 li, & gratias agunt, quia & accensi sunt lumine ueritatis, & feruent spu carita  
 tis, & suppet illis oleum gratiae dī; si non essent lucernae, non diceret illis  
 dñs, uos estis lumen mundi; nam postea quam dixit. uos estis lumen mun  
 di, ostendit ne tale lumen se putarent quale dictum est. erat lumen uerū.

quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum; tunc  
 autem hoc de dño dictum est, cum a iohanne distingueretur; De iohanne  
 quippe baptista dictum erat; non erat ille lumen, sed ut testimonium per-  
 hiberet de lumine; & ne diceretis, quomodo lumen non erat de quo xps dicit.  
 quia lucerna erat; In comparatione alterius luminis non erat lumen; erat  
 enim uerum lumen, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc  
 mundum; ergo cum & discipulis diceret, uos estis lumen mundi, ne sibi ali-  
 quid tributum putarent, quod de solo xpo intellegendum esset, & ita lucer-  
 nae uento superbiae extinguerentur, cum dixisset uos estis lumen mundi,  
 continuo subiunxit. Non potest ciuitas abscondi super montem constituta.  
 neq. accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum  
 ut omnibus qui in domo sunt luceat; sed quid si apostolos non dixit lucer-  
 nam, sed accensores lucernae quam ponerent super candelabrum; Audi  
 quia ipsos dixit lucernam; Sic luceat inquit lumen uestrum coram homi-  
 nibus, ut uidentes bona opera uestra glorificent non uos sed patrem uestrum  
 qui in caelis est; ergo & moyses perhibuit testimonium xpo; & iohannes per-  
 hibuit testimonium xpo. & ceteri prophetae & apostoli perhibuerunt testi-  
 monium xpo; his omnibus testimonis praepone testimonium operum  
 suorum. quia per illos non nisi dñs perhibuit testimonium filio suo; sed perhi-  
 bit & alio modo dñs testimonium filio suo; per ipsum filium suum indicat dñs fi-  
 lium, indicat se per filium; Ad hunc si potuerit homo peruenire, ne lucer-  
 nis indigebit, & ueste fodiendo altius aedificium perducit ad patriam; facilis  
 est ergo fr̄s hodierna lectio, sed propter hesternum debitum. scio enim  
 quid distulerim, non abstulerim. & dñs dignatus est donare & iam hodie  
 loqui ad uos. Recordamini quid repositae debeatis, si forte aliquo modo  
 seruata pietate & salubri humilitate extendamus nos non aduersus dñm sed  
 ad dñm. & leuemus ad eum animam nostram, effundentes eam super nos.  
 sicut ille in psalmo cui dicebatur ubi est dñs tuus, haec inquit meditatus sum  
 & effudi super me animam meam; Leuemus ergo animam ad dñm, non con-  
 tra dñm. quia & hoc dictum est. Ad te dñe leuaui animam meam, & leuemus  
 adiuuante ipso. nam grauis est; unde autem grauis est, quia corpus quod  
 corrumpitur, ad grauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum  
 multa cogitantem; forte ergo, possumus sensum nostrum a multis colli-  
 gere ad unum, & euulsam a multis, leuare ad unum; quod quidem non po-  
 terimus ut dixi, nisi adiuuet ille qui ad se uult leuare animas nostras, & con-  
 tingamus ex aliqua parte quomodo uerbum dñi unicus patri coaeternus &  
 aequalis patri, non facit nisi quod uiderit patrem facientem, cum tam

pater ipse non faciat aliquid nisi per filium uidentem; uideatur mihi quoniam dominus ihesus in hoc loco magnum quiddam insinuate uolens intentas & infundere capacibus. incapaces autem excitare ad studium, ut nondum intellegentes bene uiuendo capaces fiant! Insinuauit nobis animam humanam & mentem rationalem quae inest homini non inest pecori. Non uegetari, non beatificari, non in luminari nisi ab ipsa substantia dei. eamque animam facere aliquid per corpus, & de corpore, atque habere subiectum corporis, & per corporalia mulceri posse sensus corporis uel offendi, & propter hoc id est propter consuetum quoddam animae & corporis in hac uita atque complexu delectari, animam lentari, uel contristari offensis corporis sensibus. beatitudinem autem eius quae fit beata ipsa anima, non fieri nisi participatione illius uitae semper uiuae, incommutabilis aeternaeque substantiae, quod deus est, ut quomodo anima quae inferior deo est, id quod ipsa inferior est, hoc est corpus facit uiuere, sic eandem animam non facit beate uiuere, nisi quod ipsa anima superius est, superior enim anima quam corpus, & superior quam anima deus, praestat aliquid inferiori, praestatur illi a superiore, seruiat domino suo, ne conculetur a seruo suo; haec est fratris mei religio christiana quae predicatur per totum mundum horrentibus inimicis, & ubi uincuntur murmurantibus & ubi preualet saeuientibus; haec est religio christiana ut colatur unus deus, non multi dii, quia non facit animam beatam nisi unus deus; participatione dei fit beata, non participatione sanctae animae fit beata infirma anima, nec participatione angeli fit beata sancta anima, sed quaerit beata esse infirma anima, quaerit unde beata sit sancta anima; Non enim beatus efficeris ex angelo tu, sed unde angelus, inde & tu; his praemissis atque firmissime constitutis, animam rationalem non beatificari nisi a deo. Corpus non uegetari nisi per animam, atque esse quandam medietatem inter deum & corpus & animam. Intendite & recolite mecum, non hodiernam de qua sufficienter loquuti sumus, sed hesternam lectionem quam ecce iam triduo uersamus atque tractamus, & pro uiribus fodimus donec ad peram perueniamus; uerbum christi, uerbum dei christi apud deum, uerbum christi, & deus uerbum, christi & deus uerbum unus deus, illuc perge anima contemptis ceteris, uel & iam transcensis, illuc perge, nihil potentius ista creatura, quae mens dicitur rationalis, nihil hac creatura sublimius, quicquid supra istam est, iam creator est; Dicebam autem, quia uerbum christi, & uerbum dei christi, & deus uerbum christi, sed non tantum uerbum christi, quia uerbum caro factum est & habitauit in nobis, Ergo & uerbum & caro christi; Cum enim informa dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, & quid nos in imo, qui non poteramus infirmi & humili repente attingere deum.

Anima potius unde illuminetur uegetetur & beatificetur.

Corpus, anima, deus.

numquid relinquendi eramus; absit; Semetipsum exinanuit formam  
 serui accipiens; non ergo formam di amittens, factus ergo homo qui erat  
 ds, accipiendo quod non erat, non amittendo quod erat, ita factus est  
 homo ds; ibi habes aliquid propter infirmitatem tuam; ibi habes aliquid  
 propter perfectionem tuam; erigat te xps per id quod homo est, ducat te  
 per id quod ds homo est, perducatur ad id quod ds est, & tota praedicatio  
 dispensatioq, per xpm haec est frs, & alia non est, ut resurgant animae,  
 resurgant corpora; utrumq, quippe mortuum erat; corpus ex infirmita  
 te anima ex iniquitate; quia utrumq, mortuum erat, resurgat utrumq;  
 quid utrumq, anima & corpus; per quid ergo anima, nisi per dm xpm;  
 per quid corpus, nisi per hominem xpm, erat enim & in xpo anima huma  
 na, tota anima, non irrationale tantum animae, sed & iam rationale quod  
 mens dicitur; fuerunt enim quidam heretici & pulsati sunt ab ecclesia, qui pu  
 tarent non habere mentem rationalem corpus xpi, sed quasi animam beluina;  
 excepta quippe rationali mente, uita beluina est; sed quia expulsi sunt &  
 ueritate expulsi sunt. Accipe totum xpm, uerbum, mentem rationalem &  
 carnem, hoc totum xps est; Resurgat anima tua ab iniquitate per id quod  
 ds est, resurgat corpus tuum a corruptione per id quod homo est; proinde  
 km audite magnam lectionis huius quantum mihi uidetur profunditate,  
 & uidete quemadmodum loquatur hic xps, nihil aliud quam quae uene  
 rit xps, ut resurgant animae ab iniquitate; resurgant corpora a corrup  
 tione; Jam dixi animae per quid resurgant, per ipsam substantiam di;  
 Corpora per quid resurgant, per dispensationem humanam dni nostri  
 ihu xpi; Amen amen dico uobis, non potest filius a se facere quicquam, nisi  
 quod uiderit patrem facientem, quaecumq, enim ille fecerit, haec & filius fa  
 cit similiter; Caelum, terra, mare, quae in caelo, quae in terra, quae in mari,  
 uisibilia, inuisibilia, animalia in terris, fructu in agris, natantia in aquis,  
 in aere uolantia, in caelo lucentia, praeter haec omnia, angeli, uirtutes,  
 sedes, dominationes, principatus, potestates, Omnia per ipsum facta sunt;  
 Numquid ds omnia haec fecit, & demonstrauit ea facta filio, ut & ipse fa  
 ceret alterum mundum his omnibus plenum? non utiq, sed quid? quaecumq,  
 enim ille fecerit, haec non alia, sed haec & filius, nec dissimiliter sed simili  
 ter facit; pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quae ipse facit;  
 Demonstrat pater filio ut animae suscitentur, quia per patrem & filium  
 animae suscitantur, nec possunt uiuere animae nisi eorum uita sit ds;  
 Si ergo non possunt uiuere animae nisi eorum uita sit ds, sicut ipsae sunt  
 uita corporum, quid demonstrat pater filio, id est quod facit, per filium

utraq, pars  
 hois infirma  
 erat

quidam heretici pu  
 tarunt xpm habu  
 se animam irrationalem

pater demon-  
strat filio

facit; non enim faciendo demonstrat filio, sed demonstrando facit per  
filium; uidit enim filius patrem demonstrantem antequam aliquid fiat.  
& ex demonstratione patris & uisione filii fit quod fit a patre per filium;  
Sic animae suscitantur, si potuerint uidere istam unitatis coniunctionem,  
patrem demonstrantem, filium uidentem & per patris demonstrationem  
& filii uisionem fieri creaturam. Atq; id fieri per patris demonstrationem  
& filii uisionem quod nec pater sit nec filius, sed infra patrem & filium,  
quid quid fit a patre fit per filium; quis hoc uidet? Ecce iterum ad car-  
nales sensus. ecce rursus humiliamus nos & descendimus ad uos, sitam  
aliquid aliquando ascenderamus a uobis; Uis demonstrare aliquid filio  
tuo, ut faciat quod facis, facturus es, & sic demonstraturus; quid igitur  
facturus es ut demonstres filio, non utiq; facis per filium, sed tu solus fa-  
cis quod ipse factum uideat & aliud tale similiter faciat; Non est hoc tibi;  
quid pergis ad similitudinem tuam, & deles in te similitudinem di. Ibi  
omnino non est hoc; Inueni aliquid quomodo demonstres filio tuo quod  
facis antequam facis, ut cum demonstraues per filium facias hoc quod  
facis; iam forte quasi occurrit tibi; ecce inquis cogito facere domum, &  
uolo ut per filium meum fabricetur, antequam eam ipse fabricem, ostendo  
filio meo quod uolo facere, & facit ipse atq; ego per ipsum cui ostendi uolun-  
tatem meam; Recessisti quidem a pristina similitudine, sed adhuc iaces  
in magna dissimilitudine; ecce enim antequam facias domum, indicas  
filio tuo & demonstras quid facere uelis, ut te demonstrante antequam fa-  
cias, faciat ipse quod demonstraues, & tu per ipsum; sed uerba dicaturus  
es filio tuo, inter te & ipsum uerba cursura sunt, & inter demonstrantem &  
uidentem uel loquentem & audientem sonus articulatus uolat. Qui non  
est quod tu, non est quod ipse; sonus quippe ille qui exit de ore tuo, &  
uerberato aere tangit aurem filii tui, & impleto sensu audiendi perducit  
ad cogitationem tuam. Sonus ergo ille non est ipse tu, non est ipse filius  
tuus; signum datum est ab animo tuo animo filii tui, quod signum non sit  
nec animus tuus, nec animus filii tui, sed aliud aliquid; ita ne putamus pa-  
trem loquentem esse cum filio, fuerunt uerba inter di & uerbum, quo  
modo istuc est? An quid quid uellat pater dicere filio, si uerbo uellat dice-  
re, ipse filius est uerbum patris, Numquid per uerbum loqueretur ad  
uerbum. An quia filius magnum uerbum, minora uerba cursura erant  
inter patrem & filium sonus aliquis, & quasi creatura quaedam temporalis  
atq; uolatrica exitura erat ex ore patris & percussura aurem filii, Numquid  
habet di corpus, ut quasi ex eius labiis hoc procedat, & habet aures corporis.

in quas uerbi sonus ueniat. remoue omnia corporalia, simplicitatem uide, simplex eris, quomodo autem eris simplex? si te non mundo implica ueris, sed ex mundo explicaueris; explicando enim te simplex eris. & uide si potes quod dico, aut si non potes, crede quod non uides; Dicis filio tuo, uerbo dicis, uerbum quod sonat nec tu es, nec filius tuus; habeo inquis aliud quod ostendam; ita est enim eruditus filius meus, ut nec loquentem me audiat, sed nutu ei ostendo quod facit; ecce nutu ostende quod uis; certe animus tuus uult ostendere quod in se habet; unde facis nutum? de corpore scilicet, labiis, uultu, super ciliis, oculis, manibus; haec omnia sunt quod animus tuus, & iam ista media sunt; Intellectum est aliquid per haec signa quae non sunt quod animus tuus, nec quod animus filii tui; sed hoc totum quod corpore agis, infra animum tuum & infra animum filii tui est, nec potest cognoscere animum tuum filius tuus, nisi dederis ei signa de corpore; quid igitur facio? non est hoc ibi; simplicitas ibi est, pater ostendit filio quod facit, & ostendendo filium gignit; uideo quid dixerim; sed quia uideo & quibus dixerim, fiat in uobis intellectus iste quandoque; nunc si non potestis comprehendere quid sit deus, uel hoc comprehendite quid non sit deus; multum proficeretis, si non aliud quam est deo senseratis; nondum potest peruenire ad quid sit, perueniat ad quid non sit; non est deus corpus, non terra, non caelum, non luna, non sol, non stella, non corporalia ista; si enim non caelestia, quanto minus terrena; Tolle omne corpus, adhuc audi aliud, non est deus mutabilis spiritus; Nam fateor & fatendum est quia euangelium loquitur, deus spiritus est; sed transi omnem mutabilem spiritum. Transi spiritum qui modo scit, modo nescit, modo meminit, & obliuiscitur, uult quod nolebat, siue patitur iam istas mutabilitates siue pati possit; Transi haec omnia, non inuenis in deo aliquid mutabilitatis, non aliquid quod aliter nunc sit, aliter paulo ante fuerit; Nam ubi inuenis aliter & aliter, facta est ibi quaedam mors; mors enim est non esse quod fuit; In mortalis dicitur anima; est quidem quia uiuit semper anima, & est in illa quaedam uita permanens, sed mutabilis uita; secundum mutabilitatem uitae huius & mortalis dici potest, quia si uiuebat sapienter, & desipit mortua est in deum, si uiuebat insipienter, & sapit, mortua est in melius; Nam esse mortem in deum, esse mortem in melius, scriptura nos docet; Utaque in deum mortui erant de quibus dicitur, sine mortui sepeliant mortuos suos, & surge quid dormis & exsurge, a mortuis & inluminabit te christus; & de hac lectione, quando mortui audierint, & qui audierint uiuent, in deum mortui erant, ideo reuiuiscunt, reuiuiscendo moriuntur in

deus quia  
mortalis:

Anima quia  
mortalis:

melius. quia reuiuēscendo non erunt quoderant; non esse autem quoderat.  
 mors est. sed forte si immelius est. non appellatur mors; appellauit illam  
 mortem apostolus. si autem <sup>regens</sup> mortui estis cum xpo ab elementis mundi huius;  
 quid adhuc uelut uiuentes de hoc mundo decernitis; & iterū. mortui enī  
 estis & uita uestra abscondita est cum xpo in dō; mori nos uult ut uiuamus;  
 quia uiximus ut moreremur; Quid quid ergo & meliōre in d&erius. & a d&eri  
 ore immelius mortuar. non est hoc dī. quia neq. immelius ire potest summa  
 bonitas. neq. in d&erius uera a&ernitas; Uera enim a&ernitas est, ubi temporis  
 nihil est. erat autem modo hoc & modo illud. iam tempus admissum est. ae  
 ternum non est; Nam ut noueritis quia non sic dī quomodo anima. certe in  
 mortalis est anima; quid ergo est quod ait apostolus de dō. qui solus hab& in  
 mortalitatem. nisi quia hoc aperit dixit. solus hab& incommutabilitatem. quia  
 solus hab& ueram a&ernitatem. Ergo ibi nulla mutabilitas; agnosce in te aliquid  
 quod uolo dicere in te. Non in te quasi in corpore tuo. nam & ibi potest di  
 ci in te. in te est enim sanctas. in te quelib& a&as. sed secundum corpus. in te est  
 manus. pes tuus. sed aliud est in te intus. aliud in te tamquam in ueste tua; sed  
 relinque foris & uestem tuam & carnem tuam. Descende in te. ad secretū tuū.  
 mentem tuam. & ibi uide quod uolo dicere si potueris. Si enim tu ipse ate longe  
 es. dō propinquare unde potes. Dicebam de dō. & intellectionem te arbitra  
 ris. De anima dico. de te dico. intellege. ibi te probabo; non enim ualde longe  
 pergo in exempla. quando de mente tua uolo aliquam similitudinem dare  
 ad dīm tuam. quia utiq. non in corpore sed in ipsa mente factus est homo ad ima  
 gnem dī; in similitudine sua dīm quaeramus. in imagine sua creatorem agnosca  
 mus; ibi intus si poterimus. inueniamus hoc quod dicimus. quomodo demon  
 strat pater filio. & filius uideat quod demonstrat pater. antequam fiat aliquid  
 a patre per filium; sed cum dixerit & intellexeris. nec sic putes iam illud aliquid  
 tale esse ut serues ibi pī&atem quam uolo ate seruari. & praecipue moneo. id est  
 ut si non uales comprehendere dī quid sit. parum non tibi esse putes scire quid  
 non sit; ecce in mente tua uideo aliqua duo. memoriam tuam & cogitationem  
 tuam. id est quasi aciem quandam & obtusam animae tuae; Uides aliquid. &  
 per oculos percipis. & commendas memoriae. ibi est intus quod memoriae cō  
 mendasti. in abdito & conditum quasi in horreo. quasi in thesauro. quasi in se  
 cretario quodam. & pen&rali interiorē. cogitas aliunde. intentio tua alibi est.  
 illud quod uidisti in memoria tua est. & non uid&ur ate. quia cogitatio tua  
 in aliud intenditur. modo probo. scientibus loquor; & Athaginem nomino.  
 omnes modo intus quicumq. eam nostis uidistis carthaginem; Numquid  
 tot sunt carthagine. quot animae uestrae. omnes uidistis per nomen

hoc. per quatuor has syllabas notatas uobis erumpentes ex ore meo tactae sunt aures uestrae. tactus & sensus animae per corpus, & ab alia intentione reflexus est animus ad id quod ibi erat. & uidit carthaginem. Numquid tunc est ibi carthago facta. iam ibi erat. sed latebat; quare ibi latebat; quia animus tuus in aliud attendebat; Cum uero reflexa est cogitatio tua ad id quod erat in memoria, inde formata est, & uisio quaedam animi facta est; Antea non erat uisio sed erat memoria; reflexa cogitatione ad memoriam facta est uisio; Demonstrat ergo memoria tua cogitationi tuae carthaginem, & quod in illa erat antequam intenderes, conuersae ad se intentionis cogitationis ostendit; ecce facta est a memoria demonstratio. facta est in cogitatione uisio, & nulla uerba in medio cucurrerunt. nullum ex corpore signum datum est. nec inuisti. nec scripsisti. nec sonuisti. & tamen cogitatio uidit quod memoria demonstrat; eiusdem autem substantiae fit & quae demonstrat & cui demonstrat. sed carthaginem ut haberet & memoria tua. per oculos hausta est imago haec. uidisti enim quod in memoria reconderes; sic arborem quam meministi uidisti. sic montem. sic fluuium. sic amici faciem. sic inimici. sic patris. matris. fratris. filii. uicini. sic litterarum in codice conscriptorum. sic ipsius codicis. sic huius basilicae. omnia ista uidisti, & uisa quia iam erant memoriae comendasti. & tamquam posuisti illic quae uideres cogitando cum uelles, & iam cum ab istis corporis oculis absuissent; uidisti enim carthaginem cum esses carthagine, accepit speciem per oculos animae tuae; haec species recondita est in memoria tua, & seruasti aliquid intus homo apud carthaginem constitutus, quod posses apud te uidere cum & iam ibi non esses; haec omnia forinsecus accepisti; pater quae demonstrat filio. non accipit extrinsecus. intus totum agitur. quia nihil creaturarum esset extrinsecus. nisi hoc pater fecisset per filium; creatura omnis ad deum facta est antequam fieret & non erat; non ergo facta uisa est & uisita memoriter, ut eam pater filio tamquam memoria cogitationi monstraret, sed faciendam pater monstrat, faciendam filius uidit, & eam pater demonstrando fecit. quia per filium uidentem fecit; & ideo mouere non debet quia dictum est. nisi quod uiderit patrem facientem; non dictum est demonstrantem. per hoc enim significatum est id esse patris facere. quod est demonstrare. ut ex hoc intellegatur per filium uidentem omnia facere; Nec illa demonstratio. nec illa uisio temporalis est; quia enim per filium fiunt omnia tempora. non utique aliquo tempore possint ei demonstrari facienda; sic autem demonstratio patris filii uisionem gignit. quem ad modum pater gignit filium; Demonstratio quippe generat uisionem. non uisio demonstrationem; quod si purius

demonstrare  
facere:

& perfectus intueri ualeremus; fortasse inueniremus nec aliud esse patre,  
 aliud eius demonstrationem, nec aliud filium, aliud eius uisionem; sed si  
 uix hoc cepimus, uix explicare potuimus quomodo memoria quod coepit  
 extrinsecus ostendat cogitationi. quanto minus capere aut explicare pote  
 rimus quomodo pater dñs demonstrat filio quod non habet aliunde, uel quod  
 non est aliud quam ipse; paruulus sumus, loquer uobis quid non sit dñs, non  
 ostendo quid sit; ergo ut capiamus quid sit, quid faciemus, numquid ame,  
 numquid per me poteritis. Dicam hoc paruulis & uobis & mihi; est per quem  
 possumus; modo cantauimus, modo audiuimus, iacta in dño curam tuam  
 & ipse te enutrit; ideo enim non potes o homo, quia paruulus es; si paruulus  
 es, nutriendus es, nutritus grandis eris, & quod paruulus non poteras, gran  
 dis uidebis; sed ut nutriaris, iacta in dño curam tuam & ipse te enutrit;  
 modo ergo percurramus breuiter quaerent, & uide hic quae comen  
 dauimus, quomodo dñs insinuat; pater diligit filium & omnia demonstrat ei  
 quae ipse facit; ipse suscitatur animas sed per filium, ut fruatur animae susci  
 tate substantia dñi, hoc est patris & filii, & maiora his demonstrabit ei opera;  
 quibus maiora sanctorum corporum; Jam & antea tractauimus, nec inmo  
 rari debemus; maior est enim resurrectio corporis in aeternum, quam  
 haec quae ad tempus facta est in illo languido sanctorum corporis, & maiora  
 his demonstrabit ei opera, ut uos miremini; Demonstrabit quasi tempora  
 liter; ergo quasi homini facta in tempore, qui uerbum dñi non est factus,  
 per quem facta sunt tempora; sed homo factus xps in tempore apparuit,  
 quo consule quod die conceptum de spu sco uirgo maria peperit xpm;  
 ergo homo factus est in tempore, per quem dñm facta sunt tempora; ideo  
 tamquam in tempore demonstrabit ei opera maiora, id est resurrectione  
 corporum, ut uos miremini factam per filium resurrectionem corporum;  
 Deinde redit ad illam resurrectionem animarum; Sicut enim pater sus  
 citat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat; Sed secundum spm  
 uiuificat pater, uiuificat filius, quos uult pater, quos uult filius, sed ipsos  
 pater quos filius, quia omnia per ipsum facta sunt; Sicut enim pater susci  
 tat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat; De resurrectione  
 animarum dictum est hoc; quid de resurrectione corporum, redit & dicit.  
 Neq, enim pater iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio; Resur  
 reccio animarum fit per substantiam patris & filii aeternam & incommuta  
 bilem, Resurrectio uero corporum fit per dispensationem humanitatis  
 filii temporalem, non patri coaeternam; ideo cum commemorare iudici  
 um ubi fiet & resurrectio corporum non enim inquit pater iudicat quaeq,

sed omne iudicium dedit filio; De resurrectione autem animarum. sicut pater suscitavit mortuos & uiuificat. sic & filius quos uult uiuificat; illud ergo simul pater & filius. hoc autem de resurrectione corporum. non pater iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio. ut omnes honorificent filium. sicut honorificant patrem; hoc creditum est resurrectioni animarum. ut omnes honorificent filium; quomodo. sicut honorificant patrem; Animarum enim resurrectionem sic operatur filius quomodo pater. sic uiuificat filius quomodo pater; ergo in animarum resurrectione omnes honorificent filium sicut honorificant patrem; quid de honorificatione propter resurrectionem corporis. qui non honorificat filium. non honorificat patrem qui misit illum; Non dixit sic. sed honorificat & honorificat; honoratur enim homo xps. sed non sicut pater ds; quare. quia secundum hoc dixit pater maior me est; quando autem honorificatur filius. sicut honorificatur pater. Cum in principio erat uerbum & uerbum apud dm omnia per ipsum facta sunt; & ideo in hac honorificatione secunda quid ait. qui non honorificat filium. si honorificat patrem qui misit eum; non est missus filius. nisi quia factus est homo. Amen amen dico uobis. iterum ad resurrectionem animarum. ut ad si due dicentem capiamus. quia uelut uolantem sermonem sequi non poteramus; ecce immoratur nobiscum sermo di. ecce quasi habitat cum infirmitatibus nostris; redit rursus ad commendationem resurrectionis animarum; Amen amen dico uobis. quia qui uerbum meum audit & credit ei qui misit me. habet uitam aeternam. sed tamquam ex parte. Quia qui uerbum meum audit & credit ei qui misit me. ex parte habet uitam aeternam. credendo in eum qui misit illum & in iudicium non uenit. sed transit a morte ad uitam. sed ex parte uiuificatur cui credit. quid tu. non uiuificas. uide quia & filius quos uult uiuificat; Amen amen dico uobis. quia uenit hora quando mortui audient uocem filii di. & qui audierint uiuent; hic non dixit. credent ei qui misit me. & ideo uiuent. sed audiendo uocem filii di qui audierint. hoc est ob audierint filio di uiuent; Ergo ex parte uiuent cum credent patri. & ex filio uiuent cum audierint uocem filii di; quare & ex parte uiuent & ex filio uiuent. sicut enim pater habet uitam in semet ipso. sic dedit filio uitam habere in semet ipso; Impleuit de resurrectione animarum. restat euidentius dicere de resurrectione corporum; & potestatem dedit ei & iudicium facere non solum animas per fidem & sapientiam suscitare. sed & iudicium facere; quare autem haec. quoniam filius hominis est; facit ergo aliquid pater per filium hominis. quod non facit ex substantia sua. cui aequalis est filius.

pr aliquid facit  
per filium hominis  
quod non facit  
per substantiam suam ut  
et substantia sua.

gete, non enim aliquid horum patri contigit, sic & resurrectionem corporum; nam resurrectionem animarum ex substantia sua pater, ex substantia sua filius quia illi aequalis est, animae quippe fiunt participes illius in commutabilis lucis, non corpora; Resuscitationem autem corporum pater per filium hominis. & potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est. secundum illud quod supra dixit neq. enim pater iudicat quemquam; & ut ostendat quia de resurrectione corporum hoc dixit, Nolite mirari hoc quia uenit hora non nunc est; sed uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt; iam hoc & hesterno die statissime audistis, audient uocem eius & procedent, & ubi in iudicium; qui bene fecerunt in resurrectionem uitae, qui male egerunt in resurrectionem iudicii; & tu hoc facis solus, quia omne iudicium pater dedit filio, & non iudicat quemquam; Ego inquit facio, sed quomodo facis? non possum a me facere quicquam, quod audio iudico, & iudicium meum iustum est; Cum ageretur de resurrectione animarum, non dicebat, audio; sed uideo; Audio enim tamquam precipientis patris imperium; iam ergo sicut homo, sicut quo maior est pater; iam ex forma serui, non ex forma dei sicut audio iudico & iudicium meum iustum est; unde est iudicium iustum hominis, fr̄i mei attendite, quia non quaero uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me, **EXPLICIT SERMO XXIII.**

**INCIPIT XXIII. A BEO QUOD SCRIPTUM EST. POST HAEC ABIT IHS TRANS MARE GALILEAE QUOD EST TIBERIAS USQ. AD IO QUOD AIT. ILLI ERGO HOMINES CUM UIDISSENT QUOD FECERAT SIGNUM DICEBANT. QUA HIC EST UERE PROPHETA QUI UENIT IN MUNDUM.**

**M**iracula quae fecit dñs n̄r ih̄s xp̄s. sunt quidem diuina opera & ad intellegendum dñm de uisibilibus admonent humanā mentem; quia enim ille non est talis substantia quae uideri oculis possit, & miracula eius quibus totum mundum regit, uniuersamq. creaturam administrat ad fiduciam uiluerunt, ita ut pene nemo dignetur attendere opera dei miranda & stupenda in quo libet seminis grano secundum ipsam suam misericordiam seruauit sibi quaedam, quae faceret oportuno tempore praeter usitatum cursum ordinemq. naturae, ut non maiora sed insolita uidendo stupere quibus cotidiana uiluerant; maius enim miraculum est gubernatio totius mundi, quam saturatio quinq. milium hominum de quinq. panibus, & tamen hoc nemo miratur; Illud mirantur homines non quia maius est, sed quia rarum est, quis enim & nunc pascat uniuersum mundum nisi uille quide paucis granis segales creat? fecit ergo quomodo dñs; unde enim multiplicat de paucis granis segales; inde in manibus suis multiplicauit quinq. panes; potestas enim

miracula dei

miracula dei